

A ritibus: terram verò filijs hominum sic dederit, vt in illa non habitent tantum sed & pro arbitrio ipsorum regnent, & cuncta disponant, nec curet ipse quomodo regnent magistratus, merum, vt vocant, imperium habentes. Vim faciunt isti homines non solum veritati, sed & verbis Prophetarum, & gloriam diuinę prouidentię non cœlestia modō, sed & terrena gubernantis, imp̄ij simē obscurant. Propheta hoc versu gloriam veri Dei contra deos gentium afferit, à quibus ethnici se habere putabant, quæ possidebant in terra.

Tribuit igitur Deo Israëlis, quod omnia ipsius sint cœlum & terra, quæ utraque condidit, sicut & Psalmo 89 canit, dicens: Tui sunt cœli, & tua est terra. Orbem terrę & plenitudinem eius tu fundasti: tam abest, vt dominum terræ plenum, liberum & arbitrarium Deo adimat, & filijs hominum adscribat. Cōgenit potius, vt ex hoc versu admoneantur magistratus & iudices terrę & quorū terram incolunt, vt agnoscant regem suum in cœlis, a quo acceperunt, quicquid in hac terra possident, sintque illius verbo obedientes & subiecti. Nam is est, qui regna mutat, potentes sedibus dependent, & regiones fertiles mutat in steriles: suprā Psal. 107.

Non moriū laudant Dominum. Quę obseruāda hīc sint, vide suprā Psalm. 88. versibus 10 11 & 12. O B S E R .
Quod in p̄senti notandū sit, cogitemus de eo quatenus mortui Deum laudent, & non laudent. Vers. 17.
Canit hīc Vates de mortuis, quod Deum non laudent, eo videlicet pacto, quo laudant illum viui. Lau- Quasenius
dant Dominum viui. Primum, vt viui, dum vita eorum ad gloriam creatoris tendit. Sic illum lau- Deum 10. an
dat, quicquid v̄spia viuit. Mors non est laus creatoris sed vita: sicuti mors & mōrbus, non sunt laus denē moriū.
medici, sed sanitatis restitutio. Deinde laudant viui Dominum, dum bonitatem potentiam, fidem, veritatem, & sapientiam illius ore deprædicant. Hactenus quoq; non laudant Dominum mortui. Neq; enim licet nobis de mortuis philosophari, extra ea quæ à sacris Scripturis traduntur.

Restat tamen adhuc modus aliquis laudandi Dominum, qui non viuis tantum, sed & mortuis recte tribuitur. Is est, quando vita præcedens, fides, pietas, facta, & mortis genus, sic sunt compara- ta, vt ad gloriam Dei faciant, quoties illorum inter mortales fit mentio. Sic sancti mortui, tam veteris, quam noui Testamenti, quasi quedam singularis fidei & pietatis exemplaria & luminaria, ad finem Mundi usque Dominum in Ecclesia fidelium laudant. Et hoc est quod Apostolus Ebr. 11 de Abel iusto scribit, quod adhuc mortuus per fidem quam in vita sua erga Deum ostendit prædicet: Et per illam, inquit, defunctus adhuc loquitur. Si recte dicitur Abel mortuus loqui per fidem, quo modo non poterit eodem pacto dici: quod Dominum laudet adhuc mortuus?

Nēque quicunque descendunt in silentium. Obserua hīc, quod status mortuorum silentium vocatur: quo nomine vocatus est & à poëtis gentilium. Ratio illius duplex assignari potest. Una, quod mortui, ut mortui quiescent. Cessauit enim omnis ille strepitus, quo dum viuerent, veluti sonori erant & vocales. Videamus hodie plerisque sic esse vocales & operosos, vt putes totam rerum suminam ab illorum pendere magisterio. Expectemus paululum, dum hinc ad loca silentium migrant, & videbimus eos nihil fuisse, nisi inanem quandam strepitum, vnius horulæ spacio in altissimum silentium commutatum. Altera, quod post mortem, etiam inter viuos operiuntur silentio, qui ex hac vita migrarunt.

O B S E R .

Vers. 17.

Quasenius

Deum 10. an

denē moriū.

Quod statue
mortuorum
silentium
vocatur.

Sed nos benedicemus Domino, ab hoc tempore usque in seculum. Obseruandum est, quid non solum veterris Testimenti, sed & noui tempore, & singulis seculis in Ecclesia Dei vigere debeat: illud videlicet, vt qui viuunt ministri, auditores, superiores & inferiores, cuncti Dominum Deum laudent, & gloriam eius ad finem usque Mundi extollant. Hoc est illud iuge sacrificium laudis, indeſi- nens, & sempiternum.

O B S E R .

Ver. 18.

Laus Dei per-

petua debet

esse in Eccle-

sia fidelium.

PSALMVS CXVI.

Hunc quoque Psalmum in duos diuiserunt, Arabi, Gracii & Latinus interpres, centesimum quartumdecimum constituentes hinc ad decimum usque versum, & centesimum quintumdecimum à decimo usque ad decimunnonum. Verum Ebraeos sequuti, retinemus eum integrum, sicut & Hieronymus.

ARGUMENTVM PSALMI.

Quoniam nulla præfixa est epigrapha, incertum est, ad quam tribulationū fuarum historiam respexe. Vit David, cum hunc Psalmum cōponeret. In genere canit ex auditum esse, adiutum ac liberatum à Domino, cum esset in angustiis mortis, eamq; ob causam pollicetur gratiarum actionem, qua vota sua coram populo Dei in medio Hierusalem sit redditurus. Sunt qui exponant de angustiis & periculis illis, quibus ad brutus fuit in deserto Maon, cum à Saulle sic esset exercitu cinctus, vt ruadere se posse desperaret. Qua de re legere est 1. Samuel 23. Mihi cōueniens admodum videtur, vt exponamus de discrimine illo in quod conjectus fuit, cum Abshalon filius regnum inuasisset: cuius historia 2. Samuelis 15. 16. 17. & 18. legitur. Ad hanc sententiam facere videtur, quod in ultimo versu vota sua in medio Hierusalem soluturū se dicit. Nam ex illa fuerat propter aduentum Abshalonis fugere coactus. Quapropter, vt auxilium Dei sibi præstitū celebaret, nominatim meminit, quod in medio Hierusalem vota sua Domino reddere vellet. Huiusmodi votū haud bene conuenit illis historiis, que liberationem Davidis è manu Saulis describunt. Tum enim Hierusalem adhuc erat in manu Hiebusorum, & demum à Dauidē occupata est cum esset non solum super Iudah post mortem Saulis, sed & supra reliquas tribus Israëlis rex constitutus. Vide 2. Samuelis 5.

KK 4

DILL.